

ospitem cujuslibet dignitatis inquietudine vindicamus : permitta eis venendi ad comitatum licentia...

4. Imp. ZENO A. Cosmæ præposito sacri cubiculi.

Ne ad diversa tracti viri devoti silentiarii judicia, sacris abstrahi videantur obsequiis : jubemus eos qui quemlibet devotissimorum silentiariorum scholæ...

5. Imp. ANASTASIUS Antiocho præposito sacri cubiculi.

Jubemus clarissimorum silentiariorum præditos militia, etsi genitorum suorum in potestate sint constituti, quæcunque solationum, seu emolumentorum...

TIT. XVII.

DE DOMESTICIS, ET PROTECTORIBUS.

1. Imp. VALENT. et VALENS AA. Eusignio P. P.

Domestici ac protectores osculandi cum salutaverint vicarios, tui culminis habeant potestatem. Poena enim sacrilegii similis erit, si his honorificentia non deferatur...

2. Imp. THEOD. et VALENT. AA. Heliodoro P. U.

Primicerius quidem domesticorum et protectorum utriusque scholæ post adeptum tribunalum, inter eos spectabili dignitate perfruatur, qui decatum gerere meruerint...

3. Idem, AA. Sporatio comiti domesticorum peditum.

Si quis domesticorum nulla negotii publici abstrahente sollicitudine, nec ei per comitatum sollemniter, ut abesset, facultate concessa, per biennium obsequiis serenitatis nostræ defuerit...

5. L. ult. infr. de castrensiis et ministeriis. — 6. L. ult. supr. de exens tut. Tit. XVII. — 1. Adde L. 2. supr. de fabricensibus...

liandus est : indignum quippe est, desideres a propriis tamdiu munis aberantes (quos esse convenit assiduos) numerari.

4. Imp. JUSTINIANUS A. [Vigili consulari et patricio.]

Lege pragmatica sine fine victura præferendum ac constituendum creditimus, ut si quis virorum fortium presentialium domesticorum in equitum scholâ secundicrii locum adeptus...

TIT. XVIII.

DE PRÆPOSITIS LABORUM.

1. Imp. HONORIUS et THEODOSIUS AA. Monaxio P. P.

Qui præpositi laborum, nostro quocumque promoventur clarissimi sint inter allectos : ita ut ex consularibus habeantur...

TIT. XIX.

DE PROXIMIS SACRORUM SCRINIORUM, CÆTERISQUE QUI IN SACRIS SCRINIIS MILITANT.

1. Imp. GRATIAN., VALENTIN. et THEODOS. AAA. Cynegio P. P.

Proximos memoriæ, epistoliarum ac libellorum, atque dispositionum, ita vicariarum honore cumulamus, ut inter eos merito dignitatis habeantur...

2. Imp. VALENTIN., THEODOS. et ARCAD. AAA. Constantino P. P. Galliarum.

In sacris scriniis nostris militantes, in provinciis ordinarii, vel spectabilis iudicis ad salutationem non arceantur, et invita in consensum accipiantur...

3. Imp. ARCAD. et HONOR. AA. Claudio P. U.

In scriniis palatii militantes, id est memoriæ, epistoliarum, libellorumque ac dispositionum, post viginti annos transactæ militiæ si descendendum sibi esse decreverint...

4. Idem, AA. et THEODOSIUS A. Epiphanio P. U.

Jubemus ut primum omnium sit eorum, qui in sacris scriniis nostris, id est, memoriæ epistoliarum, libellorum, et dispositionum referuntur, securæ possessio, ab omnibus sordidis muneribus excusata...

TIT. XVIII. — 1. L. 11. supr. de exens muner. Tit. XIX. — 1. Adde L. ult. supr. de modo multar. ; L. 33. supr. de epis. et cler. ; N. 20. 31. 55. 112. — 2. L. 9. infr. h. t. ; L. 1. L. 2. infr. de privit. cor. qui in sacro palat. milit. — 3. Fac. L. 18. § 3. D. de muner.

ter. — Dat. id. octobr. Ravennæ, HONORIO 7 et THEODOSIO 9 AA. CONS. 407.

5. Imp. HONOR. et THEOD. AA. Faustino P. P.

Peculiari perceptionis nostræ favore præstantur, ut in scriniis memoriæ, epistoliarum, libellorumque ab exceptoribus usque ad mello proximos, dignitate clarissimorum, honoremque percipiant...

6. Idem, AA. et VALENT. A.

Pro biennio annuum solum agere deinceps decernimus eos, qui in tribus scriniis, memoriæ, epistoliarum, libellorumque ordine ac merito stendiorum ad gradum pervenerint proximorum...

7. Imp. THEODOS. et VALENT. AA. Nomo magistro officiorum.

Unicuique qui in sacris scriniis militat, sui loci merita servari oportere constituimus, et universos, qui ultra numerum statutorum in iisdem scriniis militant, sui gradus respectu, per ordinem, quem sortiti sunt...

8. Idem, AA. Nomo magistro officiorum.

Proximos sacrorum scriniorum, quos fides, ac diuturnæ observationis industria, literataque militia, comitem, quietam dispositionum, quem probitas ac strenuitas merito commendant...

9. Imp. LEO A. Patricio magist. offic.

In sacris nostris scriniis militantes, per comitatum non continuatim præstitum, ante convensionem profecti, intra indultum temporis spatium erunt cum suis conjugalibus, et liberis a conventione securi...

10. Idem, A. Hilariano comiti magistro offic.

Hac parte statutos memoriales præcipimus esse in scrinio quidem memoriæ sexaginta duos, epistoliarum vero triginta quatuor : [libellorum quoque triginta quatuor] antiquioribus vero, qui habentur in scriniis memoriæ, nunquam minus esse quam quatuor...

4. L. 1. infr. de palatin. sacror. largit. — 5. L. 2. supr. de offic. magistr. offic. ; L. 1. supr. de muner. patrim. ; L. ult. supr. de primicerio ; L. 1. infr. de princ. agent. in reb. ; L. 1. infr. de castrensiis ; L. ult. infr. de tyronib. ; L. 11. L. 14. § 5. D. de muner. — 6. L. 50. § 1. infr. de inoffic. testam. — 7. L. 3. supr. de dignitat. — 8. L. 4. supr. h. t. — 9. Adde L. 3. infr. qui militare. — 10. L. 7. vers. illum tamen supr. h. t. — 11. d. L. 7. — 12. Adde L. ult. supr.

11. Imp. ANASTASIUS A. Eusebio magistro officiorum.

Si quis in sacris nostris scriniis, id est memoriæ, dispositionum, epistoliarum et libellorum, statutis jam connumeratus, ab hac luce fuerit subtractus : ab eo quicumque, utpote vacante loco de substitutis in statutorum consortio fuerit ultimus subrogatus, pro solatio, vel suffragio proximi, definitam sacræque constitutioni divæ memoriæ Theodosii, et Valentiniani principum insertam quantitatem defuncti heredes, et successores, vel liberi ejus, seu creditores, qui fœnus cum mortuo pro statuto loco ei acquirendo contraxerint, consequantur...

12. Idem, A. Celeri magistro officiorum.

In sacris scriniis militantes, et parentes atque uxores eorum, necnon liberos, ex sententia tantummodo tuæ celsitudinis criminalis, et civiles intentiones agentium excipere jubemus : insuper etiam colonos, seu adscriptitios, et servos eorum in hac regia urbe degentes, eodem beneficio potiri : fidei pro tempore adiutoris viri spectabilis proximi, vel unius ex statutis committendos, ita ut si in provincia quicumque memorialis reperiatur fuerit, juratoriarum cautioni committatur...

In sacris scriniis militantes, et parentes atque uxores eorum, necnon liberos, ex sententia tantummodo tuæ celsitudinis criminalis, et civiles intentiones agentium excipere jubemus : insuper etiam colonos, seu adscriptitios, et servos eorum in hac regia urbe degentes, eodem beneficio potiri : fidei pro tempore adiutoris viri spectabilis proximi, vel unius ex statutis committendos, ita ut si in provincia quicumque memorialis reperiatur fuerit, juratoriarum cautioni committatur...

de domestic. ; L. 4. D. de offic. adess. ; L. 19. in fin. D. locati. — 43. Adde N. 55. c. 5. — 14 d. L. ult. supr. de domest. — 45. Fac. L. 17. in pr. supr. de dignit. ; L. 4. § ult. infr. de castrensiis. et minister. — 16. L. 33. § 8. supr. de epis. et cler. ; L. ult. supr. de sportul. ; L. ult. supr. de fructib. et lit. expens. ; § 24. Inst. de actionib. ; L. 5. infr. de numerar. et actuar

